



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De scholari Coloniensi, quem sancta Maria in somnis corripuit, cùm ordini  
malediceret, cap. 42.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

per me illo priuabitur. Semper in eius obsequio idem  
**Fal. tibi.** Theodoricus deuotus fuerat, & sicut \* mihi notum,  
 quotidie missarum eius quotidianae vult interesset, num-  
 cum offerens singulis diebus. Tempore electionis,  
 cum Rex pro Episcopo Cameracensi intercederet, ei-  
 que ab electoribus responderetur, quod idiomam tempe-  
 ignoraret, cessauit. Hoc ipsum prædixerat præfatus  
 Hermannus. Tunc electores, personis quatuor vera  
 sua commiserunt, a quibus Theodoricus in Antisti-  
 tem electus: qui post dies paucos, a malis consiliariis  
 in tantum deprauatus est, ut modicam haberet diffe-  
 rentiam inter personas laicas & ecclesiasticas, inter  
 rusticos & monachos. Et quæ ab his, ut ab alijs telonia  
 recipiens, indebitis exactionibus utrosque grauans.  
 His alijsque actibus malis Dei genitrix irritata, egit,  
 sicut ex superiori visione colligitur, ut indignè satia  
 Moguntino deponeretur, Episcopo simul eius per  
 electionem substituto. APOLLONIVS: Quod durus fue-  
 rit ordini nostro in episcopatu, satis intellexi. CASA-  
 RIVS: Idcirco merito ab illa dejectus est, quæ ordinis  
 est aduocata. Tanta illi cura est de ordine, ut etiam  
 eos, qui detrahunt illi, sine correptione non transeat,  
 verbi gratia.

## CAPUT XLII.

*Detrahē  
tes ordi-  
ni Cister-  
censi cor-  
ripit.*

**C**oloniae scholaris est penè quatuordecim an-  
 norum, cuiusdam ciuis filius, & ecclesie sanctæ  
 Mariæ in Capitolio Canonicus; iste miro modo  
 ordinem nostrum diligebat. Hoc anno, cum naues  
 ordinis per Zelandiam timore prædonum transire no-  
 auderent, rumor venit Coloniā, quod omnes essent  
 depraedatæ: & dixerunt quidam: Iustè actum est cum  
 eis, monachi auari sunt, mercatores sunt, Deus il-  
 lorum auaritiam sustinere non potest. Huiusmodi  
 verbis prædictus puer in tantum iratus est, ut odio ad-  
 uersus ordinem concepto, religioni detraheret, nec  
 æquo oculo monachum siue Conuictum respicere  
 posset. Nocte quadam in somnis ante imaginem Dei  
 genitricis sibi stare videbatur, quemcum illa severius  
 intueretur, & puer tremeret, faciem ab eo auerterit, sic  
 dicens:

dicens: Male puer, optimis amicis meis, quos habeo  
in toto mundo, maledicis & detrahis. Quod verbū ille  
bene intelligens, & ex terrore euigilans, amorē extin-  
ctum, gratia beatæ Virginis in eius corde reaccendit.  
Quod autem Virgo piissima spernētes se quandoque  
puniat & humiliet, exemplis duobus tibi ostendam.  
Alia me memini tibi dixisse superius de inuasoribus  
possessionum loci sancte Marie, quos humiliavit, &  
adhuc humiliare non definit.

## CAPUT XLIII.

**A**NNO præterito duo milites germani, ministe-  
riales Palatini Comitis Rheni, ex quibus unus  
Sybodo alter Baldemarus vocabatur, multis *Spernen*  
secum assumptis, armata manu venerunt in villam *tes se pu-*  
Cussule, forum rerum venalium, in odium Walrami *nit beatæ*  
Comitis de Lutzellenburg spoliantes, & multa peco-  
ra aliaque diuersi generis spolia secum deducentes.  
Erat autem in eadem die triplex solennitas, dies vide-  
licet Dominicus, Natiuitas S. Dei genitricis, & dedi-  
catio Ecclesiæ eiusdem villæ. Nocte præcedenti, cuida  
militi ex comitibus Sybodenis talis visio ostensa est:  
B. Virginem Christi pedibus vedit prouoluta, & voce  
clara dicentem: Conqueror tibi domine fili de Sybo-  
done, & complicibus eius, qui dedicationem Ecclesiæ  
meæ turbauerunt, hominesque ad illam confluentes  
spoliauerunt, nullum tuæ diei, neque meæ natiui-  
tati honorem deferentes. Quod enim eadem die  
futurum sciebat, iam pro facto reputabat. Miles de  
visione tremefactus, cum Sybodoni eam recitasset,  
& ille parui pendens recitata, ipsum somniasse dice-  
ret, renitentem ut se sequeretur coegerit. Dominus ve-  
rò virtutum, qui de Chaldæa adduxit Nabuchodono-  
zor, per quem Iudæorum superbiam humiliavit, Wal-  
ramum juuenem, per quem iniuriam vindicaret, ad-  
uocauit: nam die eodem circa nonam, inopinatè  
cum armatis militibus Cussule intravit; in dimidio  
enim anno illuc non venerat. Hi, qui bona sua per-  
diderant, querimoniam de Sybodone facientes, cum  
Walramus, quoisset, vel ubi esset interrogaret,

4. Re. 24

Ee 4

respon-